



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XVII. De filiis presbyterorum ordinandis, vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

pœnitentia distinguitur: quia non solem
 iteratur. *Inf. de pœnit. c. omnis, 12. solem*
 non iteratur. *dist. 50. c. si quis post. 32. pœ*
test. nisi contraria sit ecclesiæ consuetudo
pœnit. distinct. 3. c. nihil 21. §. ex pœ
 Expositæ sunt duæ partes tractatus de con
 cratione.

XVII. De filiis presbyterorum ordinariis
vel non.

- 1 **S**uperest tertia pars, in qua de diversis
 sonis dubitatur num promoveri possent.
 Prima dubitatio est de filiis presbyterorum.
 2 §. Filius presbyteri dicitur, qui vel ante pres
 byteratum, vel in presbyteratu susceptus.
 Ante presbyteratum vel est ex alio coitu sus
 ceptus. In presbyteratu vero filius legiti
 mus procreari nequit, cum omnibus pres
 byteris matrimonium sit interdictum. Quod
 si communi consensu vir & uxor promiserint
 se castitatem servaturos, deinde vir ad sacer
 dotium promotus accesserit ad uxorem,
 ex ea filium genuerit; hic filius, quamvis
 legitima uxore susceptus, tamen non est legiti
 mus, sed ex illicito coitu genitus, quod
 contra votum castitatis, & contra fidem eccle
 siæ datam procreatus est. *c. literas 14.*
 Hac distinctione posita notentur sequentes
 regulæ. I. Filii illegitimi, sive ante sacer
 dotium, sive in sacerdotio procreati sint, ad
 sacros ordines non admittantur, nisi autem

nonachî, aut in congregatione canonica regulariter viventes. *c. 1. & ult. & dist. 56. c. 1.*

c. nisi 11. aut ex Pontificia dispensatione. c. ex tua. 9. dist. 56. c. apostolica. 12. §. hoc autem.

II. Filius ex legitimo matrimonio ante sacerdotium patris susceptus, omnium ordinum capax est, atque adeo etiam summus Pontifex fieri potest. *c. ad hæc 12. & dist. 56. c. pen. §. cum ergo.*

III. Filius, sive legitimus, sive illegitimus, non potest præesse ecclesiæ, in qua pater immediate præfuit; secus est, si alia quoque persona post illius patrem præfuerit. *c. 7. c. ad extirpandas. 12.*

IV. Filius potest præesse ecclesiæ, in qua pater sine titulo ministravit. *c. constitutus. 8.*

V. Filio canonici præbenda in eadem ecclesia conferri non potest. *c. cum decorem.*

VI. Cum legitime natis dispensant episcopi in tribuendo minori ordine vel beneficio non curato: in aliis dispensatio Papæ requiritur. *Inf. lib. 6. c. 1. in princ.*

XVIII. De servis non ordinandis & eorum manumissione.

Secunda dubitatio est de servis: de quibus notentur regulæ sequentes. I. Servus ordinari non debet, nisi prius a domino sit manumissus. *c. 1. 2. 3. 4. 5. & dist. 54. c. 1. & 2.*

II. Si servus sciente neque contradicente domino ordinetur, eo ipso liber & ingenuus fit. *d. dist. 54. c. si servus. 20.*

III. Si servus domino ignorante promotus sit, deponitur, & do-

& do-

& do-

& do-

& do-

& do-

& do-

& do-